

Tabella Turnaria de una specie ad aliam, & in ea indistin-

Nec pro effugienda nominatione facta à Canonico Bino-

Nec pro inducenda tali abrogatione allegari potest nomi-

Sicut autem talis obsevantia non fuit sublata ex non usu

Et demum modus iste conferendi comprobatur ex obser-

Non dicatur, quod talis divisio introducta fuerit ad tol-

Et demum pro coronide prætendebatur, quod etiam sim-

plex nominatio spectare debet ad Capitulum Collatorem,

Et ita Partibus acriter informantibus, & causa semel,

R. P. D. MUTO.

Romana Coadjutoria.

Lune 14. Maii 1696.

ARGUMENTUM.

Coadjutus nequit pretendere illa emolumenta quæ propter

SUMMARIUM.

- 1 Andatum validum, & iustum exequi debet.
2 Ad definiendas quaestiones inter Coadjutum, &
3 Pontifex reservando Coadjuto, qui ob eius non san.
4 Consuetudo non admittendi ad emolumenta exequiarum
5 Prædicta consuetudo est uniformis Juri communi cum il-
6 Coadjutus post obtentam Coadjutoria gratiam nequit ef-
7 Idque magis procedit si Coadjutoria non fuerit in Coad-
8 Ubi non resistit pactio per Pontificem approbata seu con-
9 Pontifex cum generalitate, & ampliandae reservationis
10 Eoque magis dum non censetur Papa alius voluisse cum
11 Exclusio ad emolumentis procedit, etsi Papa manda-

verit quod si Coadjutus ob non præstitum per Coad-

D E C I S I O XXV.

Super fructibus, & emolumentis Canoniciatus in Bassili-

Evidens sane patuit illius iudicium, nam cum SS. D. N. in

rove, Tondur. qg. benef. p.2. cap. §. 13. n.24. Bonac. de bor.

In nihilo obstant quod Papa præcederet in eisdem lit-

Tum etiam quia respectu Exequiarum, & Anniverfariorum

Minoris reverentia apparuit exceptio, quod cum Papa

R. P. D. CAPRARA.

Hispalen. Juris Votandi.

Lun. 4. Februarii 1697.

ARGUMENTUM.

Canonici familiares & Commentales Episcopi non sunt

SUMMARIUM.

- 1 Acta Congregationis Concilii pluries rescriptis quod in
2 Rescriptis sacre Congregationis Concilii factis legem gene-
3 Ad probandam rationabilem consuetudinem qua non sit
4 Testes de publica voce, & fama deponentes plurimum
5 Testes deponentes de longo tempore admittuntur consue-
6 Cedens huius factum se Jus non habere.
7 Pro interpretatione rerum dubiarum plurimum inservit
8 Ex Testibus demum non debet totum tempus pupillaris æ-
9 Ad probandam Consuetudinem quadragenariam duo Tes-
10 Ad introductionem Consuetudinis æque, & rationabilis
11 Ex ratione quia differt præscriptio à consuetudine, nam

- Solum Personam Praescribentis & ob id sine bona fide non admittitur.*
- 11 *Ex non usu iudicati, & ex longeva consuetudine illi adversativa intrat praesumptio quod intervenit consensus interesse habentis qui Jus ex sententia resultans abrogari per contrariam consuetudinem permittitur.*
- 12 *Nulla ratio suadet quod Canonici provisus ab Episcopo non debeant votare in iis quae Episcopi interesse respiciunt.*
- 13 *Quis praesumitur magis ad bonum publicum, quam ex alia causa moveri.*
- 14 *Inordinata affectio de Jure non praesumitur.*

DECISIO XXVI.

Lite in hoc Tribunali usque de anno 1590. introducto super facultate excludendi Canonicos, & familiares Archiepiscopi a ferendo voto ubi ageretur de illius interesse, quam Decanus, & Capitulum Ecclesiae Hispanen. sibi ex antiqua consuetudine competere contendebant duae emanarunt sententiae, una cor. bon. me. Orano, & altera cor. bo. mem. Buratto declarantes supradictos Canonicos, alioquin provisus ab Archiepiscopo, & familiares, & continuis Commensales tam tunc quam pro tempore existentis Archiepiscopi in collatione Beneficiorum, quae simul fit per Archiepiscopum, & Capitulum, & in omnibus aliis actibus Capitularibus ubi tractatur de interesse Archiepiscopi, nempe mentis, & jurisdictionis Archiepiscopalis, necnon familiarium, habere vocem in Capitulo, & in eo liberè votare posse, prout quilibet alii Canonici habent, & votant, & propterea expulsioniones à Decano, & Capitulo factas de dictis provisus, & familiaribus fuisse, & esse illicitas, ac iniustas, à quibus sententiam cum fuisset per Capitulum interposita appellatio, & causa commissa bo. me. Pirovano, ad plenus comprobandum praedictam consuetudinem, quam quadragenariam requirit, & eam minus iustificatam ex Testibus usque tunc examinatis. Rota decidit, & adspirato Capitulo pro concessione novae remissionis, & disputato Dubio sub die 9. Junii 1623. illam obtinuit.

Silicet in hoc statu causa usque nunc, donec modernus Archiepiscopus videns Capitulum continuare in huiusmodi expulsiōne, resumpta eadem antiqua Causa, petit à me in locum d. bon. me. Pirovani fuisse disputari Dubium -- An sentent. Rotalis sit confirmanda, vel infirmanda eoque in hodierna Audientia proposito resolutum fuit pro confirmatione sententiae iuxta modum inferius exprimendum.

Distinguentes enim DD. Canonicos familiares, & commensales Archiepiscopi ab aliis, qui simpliciter eorum Canonicatum provisionem obtinuerunt ab Archiepiscopo simul, & Capitulum, Quoad primos censuerunt eos non esse admittendos ad prolationem voti, & in hac parte sententiam esse infirmandam, nam licet non habeamus textus expressos inhibentes Canonicis familiaribus Episcopi ne inter sint Capitulo quando tractatur de interesse ipsius Archiepiscopi, habemus tamen hodie declarationes Sac. Congregat. Concilii relatas per Nicol. in fess. verb. Canonici n. 24. quae expressè Vicario sive Canonico id definit, & alibi subiunxit idem procedere in aliis dignitatibus sive Canonici, necnon alias declarationes eiusdem Sac. Congregat. Concilii, videlicet in una Mediol. Januarii 1587. per haec verba -- In his tamen casibus in quibus agendum esset in Capitulo de re spectante ad Archiepiscopum, sive suorum commo- dum, Congreg. aequum censuit, ut nec ejus Vicarius interfit, & recentius in una Pbaron. resoluta 28. Aprilis 1674. ubi proposito Dubio -- An Canonici, qui funguntur munere Vicar. Generalis, Procuratoris fiscalis, vel Cancellarii Episcopi debeant exire de Capitulo, quando agendum sit de negotiis, & differentiis vertent. inter Episcopum & Capitulum, Sac. Congr. respondit affirmativè. Unde quidquid sit an de tempore Orani, Giffi, & Buratti non fuerit animadvertum ad haec resolutiones, tamquam fortè tunc non expressas, vel ignoratas, declaratio ipsa Sac. Congregat. facit legem Generale ubique servandam, quia est interpres Sac. Concilii peculiariter à fa. me. Pio IV. deputata, nisi super specialitate alicujus casus fuerit consultata, ad tradita per Palqualig. q. mor. cent. 1. c. 61. nu. 4. 5. Rota in Avenion. dotationis 19. Junii 1682. §. final. & in Neapolitana Campanilis 27. Junii 1685. Quorum primum bo. m. Albergato.

Stantibus itaque praedictis declarationibus Sac. Congr. licet nulla fuisset opus consuetudine, nihilominus ea quoque visa est assistere Capitulo tam de tempore ante sententiam, quam post; Respectu enim primi temporis nimis ri-

gorosè visum est fuisse profectum in decis. 598. & 629. cor. Buratto firmando consuetudinem nullatenus esse probatam ex quo dempto tempore quatuor annorum Sedis Archiepiscopalis vacantis, & aetate pupillari testium examinato- rum nullus deponat de 40. annis, & licet duo ex eis nempe 8. & 19. deponat de 38. & respectivè 39. annis, haec tamen probatio non sufficit.

Quoniam cum agatur de consuetudine admodum rationabili, & quando non esset contra Jus agnovit etiam ipsa Rot. in antiquis decis. Giffi la 20. & 28. p. 3. rec. nec videtur contradicere ipsa decis. cor. Buratto, hoc casu non requiritur quod consuetudo sit aded exactè probata, ut percutiat 40. annos undique completos, maximè concurrentibus adminiculis quibus eadem quadragenaria coadjuvatur, ut respondit Rot. dec. 183. n. 12. & dec. 206. n. 4. 5. cor. Cerr.

Adminicula in proposito sunt plura. Primò enim dantur Testes, qui deponunt de publica voce, & fama hujusmodi expulsionis familiarium.

Secundò plures alii Testes deponentes de longo tempore, ex quibus deduci adminicula pro complemento quadragenariae firmavit Rota in hac Causa cor. Marzaned. dec. 497. n. 2. vers. & quomvis cum leg. p. 2. rec.

Tertiò occurrit cessio litis facta à Canonicis familiaribus quos utique credi non potest voluisse juri suo cedere nisi adesse scivissent consuetudinem quadragenariam cum cedens liti dicatur fateri se Jus non habere, ut post glos. in l. 6. §. maritus §. si negaverit ff. de adulter. Bald. in l. postquam liti q. 4. C. de pact. & in l. transigere opposit. ult. C. cod. Galerat. de renunc. centur. 1. renunc. 18. nu. 14. §. tamen verum Rot. dec. 205. n. 5. 6. cor. Cervo.

Et quartò continuata observantia in tali expulsionione etiam post contrariam sententiam Duratti ab anno 1623. usque in praesens per 70. & ultra annos, quam esse multum attendendam pro interpretatione rerum dubiarum dixit in proximis terminis Rot. dec. 19. nu. 12. 13. cor. Peutinger, & dec. 336. n. 18. & dec. 870. n. 2. cor. Dumoz.

Præterea nec visum est posse demum totum tempus pupillaris aetatis Testium, nam quoties agitur de iis, quae cadunt sub sensu visus, potest Testis etiam deponere de factis, quae evenerunt paulò ante pubertatem, ut de Teste deponente de re gesta dum ageretur aetatis annum 13. optimè Rot. cor. Cervo dec. 247. n. 10. quae est dec. 75. n. 9. p. 10. rec. & Rot. dec. 293. n. 9. p. 33. & de teste deponente circa ea, quae evenerunt in ejus aetate annorum decem, Rot. dec. 220. n. 7. p. 2. divers. & in alia minori, Rot. in Romana vice 17. Aprilis 1673. §. ceterum cor. clar. mem. Card. Mattheo. Unde si praeteris duobus testibus non dematur integrum tempus pupillaris aetatis, & considerentur solum in anno 12. & respectivè 13. ut ex praedictis fieri debet, utique probata remanet quadragenaria cum ad hunc effectum duo testes sufficiant, Mascard. de prob. concl. 224. nu. 4. & 13. & admittunt dec. causa cor. Marz. d. dec. 497. nu. 4. p. 2. rec. & cor. Buratt. d. dec. 198. d. n. 17.

Minus subducendum videbatur tempus Sedis Archiepiscopalis vacantis, quia cum principaliter ageretur de Interesse familiarium, & commensalium excludorum, & quos exclusos fuisse etiam vacante Sede deponunt antiqui Testes utique cum ipsis videret continuari potuisse antiqua consuetudo, quae d. tempore non computato remanet prioris completa.

Nec obstat quod Archiepiscopus fuit in antiquis decisionibus consideratus aequè principalis in Causa ratione defensionis ipsi competentis pro tuendis iuribus suorum Capitularium, talis enim effectus fuit postquam cum eo ceptum fuit litigari, sed talis considerari non poterat ante licet ad impediendam consuetudinem consensu, & patientia principalium introductam, & de praefato tempore vacantis Sedis praefatae uti deponunt concorditer Testes.

Atque haec quoad primum tempus, quò verò ad secundum nempe post sententiam bo. mem. Buratti pariter DD. censuerunt concurrere consuetudinem plus quadragenariam dum pet continuatum cursum 70. & ultra annorum exclusi fuerunt familiares, & Commensales Archiepiscopi.

Nec obstat visum est, quò praedicta sententia sit impeditiva introductionis novae consuetudinis favore Capituli succumbentis ratione mala fidei, in qua fuit constitutum, quia cum non versemur in terminis praescriptionis, sed consuetudinis aequè, & rationabilis ad iustus introductionem nulla requiritur bona fides, ut post glos. in c. fin. verb. legit. vers. sed quam differentiam de consuet. distinguendo tradit Cra-

Cravet. de antiq. temp. p. 4. n. 16. Garz. de benef. p. 5. cap. 4. n. 98. ubi in fine meminit de decis. hujus Causae coram Giffi la 20. par. 3. rec. Covarr. var. resol. lib. 1. c. 17. n. 8. §. 10. Monet. de decim. cap. 5. nu. 103. Gutierrez canon. nu. lib. 2. c. 21. n. 65. & segg. Barbof. de Jure Eccl. lib. 3. c. 26. §. 3. ad fin. Rot. dec. 35. nu. 8. 9. p. 19. rec. ea ratione quia consuetudo inducitur tacito consensu partium circa actum rationabilem, & juri non repugnantem, ad differentiam praescriptionis, quae dicitur iniquum praesidium, & respondit solum personam praescribentis, & ob id sine bona fide non admittitur, ut notat glos. in d. c. final. d. vers. sed quam differentiam de consuetud. Cravet. ubi proxime, & alie praecitatae auctoritates.

In nihilo adversante quod talis consuetudo non potuit introduci sine consensu Archiepiscopi, cujus etiam favore emanavit d. sententia, quia dum tam ipse, quam ejus successores d. Indictio usi non fuerunt, & agnoscentes forsan congruentiam exclusionis passivi fuerunt in ea continuari post decursum tanti temporis, inquit praesumptio quod interveniret eorum consensus, & Jus ex sententia resultans per contrariam consuetudinem abrogari permittitur juxta notata per Peyr. oper. moral. to. 1. de off. Prael. q. 4. c. 1. n. 182. vers. consuetudo tamen Gonz. in decret. super c. 1. n. 12. post princ. de consuet. Suarez lib. 7. de legib. c. 13. n. 10.

Descendendum nunc ad secundum genus personarum nempe Canonicorum, qui provisionem obtinuerunt ab Archiepiscopo DD. quoad ipsos responderunt pro confirmatione sententiae, quia nulla ratio suadet quare ipsi provisus debeant excludi à ferendo voto, quia declarationes Sacri Concilii ut supra fuit dictum, percutiunt Oficiales, & familiares Archiepiscopi, nullo autem pacto provisus, & maximè si infimus provisus fuerint à Capitulo, ideoque quod ad ipsos bene subnectitur rigor exoptandus quadragenariam peractam, ac praescriptam, & post sententiam Buratti requirendi bonam fidem cum si juxta decis. editam coram Giffi dte 15. Martii 1596. non debeat quae excludi à suo munere, sive jure ex quo quis praematurat magis ad bonum publicum quam ex alia causa moveri, quoque inordinata affectio taxatorum non praesumitur nisi probetur argumento text. in c. esote de regul. Jur. Bald. in leg. si unquam nu. 268. C. de revocac. donat. multo magis hoc procedere valet in provisus, etiam simultaneè à Capitulo.

Et ita juxta praefatam distinctionem fuit resolutum utraque parte informante.

R. P. D. URSINO.

Gerunden. Hebdomadarie.

Luna 5. Maii 1690.

ARGUMENTUM.

In Ecclesiis Parochialibus unitis Regularium Monasteriis non servatur Concursus praescriptus à Sacro Conc. Trident. sed fit institutio per Episcopum ad nominationem Abbatis: quando autem Beneficium dicitur dependens ab Ecclesia Regulari in hac decisione pervidetur, in ampliationem Disc. XI. de Paroch. Card. de Luc.

SUMMARIUM.

- 1 **I**n provisionibus Parochialium provisio fieri debet per concursum.
- 2 Non sic tamen proceditur in Parochialibus unitis Regularium Monasteriis, in quibus Episcopus instituit, & Abbas nominat.
- 3 Sicuti Ecclesia dicitur pars integralis, & necessarium constitutum Monasterio.
- 4 Ita & Ecclesia ipsa Parochialis dicitur Regulari eadem Regularitate, quae inheret Monasterio, & beneficium ad exercendam Animarum curam ibi institutum de illius mensa censetur.
- 5 Nomen hebdomadarie, seu Vicariae ostendit curam exerceri pro alio.
- 6 Titulus prioratus, quo insignitur Ecclesia, indicat in Priore dominium ejusdem, & consequenter habitualem Curam potestatem.
- 7 Ex possessione rerum ad Curam spectantium probatur Decis. ad Theatr. de Luca Vol. II.

- dominium Ecclesiae, & Curae habituales.
- 8 Itaque concluditur ex administratione Jurium Parochialium.
- 9 Ad Curam monasterio subiectam non Monachi, sed seculares Clerici praescribunt, & Episcopi subiungunt.
- 10 Ex presentatione Ministrorum Ecclesiae arguitur jus praesentantis, & Cura principalis penes ipsum dicitur residere.
- 11 Cura habitualis dicitur inesse illi dignitate qua tenetur subire onera.
- 12 Ex observantia probari valet Jus cura habitualis.
- 13 Item ex enunciatis.
- 14 In Ecclesiis Regularium cura exerceri non potest per Regulares sed per clericum secularem ab ipsis deputandum.
- 15 Ad evitandum immediatum correctionem, & repugnantiam in eadem dispositione, congrua debet sumi illius interpretatio.
- 16 Ecclesia unita non mutat suam primaevoam naturam.
- 17 Vicaria etiam perpetua collata in titulum non excludit quin cura per modum cuiusdam Juris & in habitu sit apud Priorem seu Abbatem.
- 18 Alius unicus consensus non est attendendus ad excludendam curam habitualem penes aliquem sed est supponendus erroneus, & inhabilis.
- 19 Sub concessione Ecclesiae facta cum omnibus pertinentiis venit etiam cura animarum annexa.
- 20 In diversis feri non potest illatio.

DECISIO XXVII.

Cum praesupposito, quod controversa Hebdomadaria S. Joannis Laci de Sex. Fons fuerit à primave Jure Ereptione Beneficium Seculare Curatum distinctum atque totaliter independens à duobus Prioratibus Regularibus Ecclesiarum de sex Fons, & Ridaura per Reg. mem. Clementem VIII. unitis Abbatibus Campi Rotundi Ordinis S. Benedicti Rota Jo. die 5. Julii 1688. censuit esse exequendam gratiam à Jo. Antonio Comptoras obtentam tamen praesedò in concursu iudicio per Episcopum Gerunden. non autem alteram similiter Apostolicam gratiam à Joanne Splugas impetratam vigore praesentationis de eodem Beneficio reportatae ab Abbate Campi Rotundi tanquam unito illius Monasterio. Verum cum hodie post obtentam novam Audientiam in secunda hac Causae repropotione ex pluribus actibus, & documentis de mandato Sacrae Roga in adiumentum antiquarum probationum nuper exhibitis concluderet consistere huiusmodi Beneficium Hebdomadariae licet naturaliter à Prioratu de Sex Fons separatum esse tamen cum eo connexum, atque ab illius Ecclesia Regulari omnino dependens, necnon aeternale dumtaxat Curae exercitium habere, habituale autem penes Priorem, seu Abbatem residere: Domini recedendo à Decis. sub d. die existimantur illius provisionem non esse faciendam per viam concursus requisiti in provisionibus Parochialium simplicium juxta decretum Sacri Concilii Tridentini in cap. 18. §. 24. de reformat. sed potius ad nominationem Abbatis, & institutionem Episcopi juxta praxim canonicam, & in Parochialibus unitis Regularium Monasteriis, quae jure servatur nedum ex dispositione Text. in cap. unic. de Cappell. Monach. in 6. sed ex altera etiam sanctione Sac. Conc. Tridentini in cap. 11. §. 25. de regul. & ex particulari depen. Constitutione B. Pii V. la 47. in ordin. Bullar. nov. tom. 2. expensis per DD. plene relatae in dec. 516. n. 4. p. 18. rec. & admittis in priori hujus Causae decisione in §. Non enim coram me pariter edita; Atque ita ex duabus Apostolicis gratis exequendam potius dixerunt alteram institutionis à Joanne obtentam ad praesentationem Abbatis.

Quod autem dicta Hebdomadaria sit dependens ab Ecclesia Regulari Sancti Joannis de Sex. Fons, & ad illius Priorem jure domini spectet Habitualis Cura Animarum, ad Hebdomadarium verò sola actualis in pluribus facti circumstantiis, & ex actibus antiquis desumebatur; Et primo ex eo quod dictum Beneficium reperitur fundatum in Ecclesia Regulari Monasterio Priorali connexa: Sicuti enim Ecclesia ista dicitur pars integralis, & necessarium constitutum d. Monasterii juxta glos. in cap. 1. verb. exempto de privileg. in 6. Avellidae. in c. nulla nu. 1. in qu. 1. Soccin. in cap. Recedimus num. 97. de privi. Navar. de regular. convent. 4. n. 44. & Rot. decis. 54. num. 1. 2. divers. & cor. Coccin.

Cocino. *decis. 92. n. 4.* Ita & Ecclesia ipsa Parochialis dicitur regularis eadem regularitate, quae inhæret Monasterio, & Beneficium ad exercendum Animarum Curam ibi institutum de illius Mensam censetur, ut ad hunc prædictum effectum excluditur concursus plures respondit Rota, & signanter in *decis. 74. num. 4. & decis. 144. per tot. cor. Durano. d. dec. 192. n. 3. cor. Cocino.*

Secundo consona proprietatem tam nominis inditi Hebdomadariae, seu Vicariae, quod ostendit Curam exerceri pro alio, & administrari nomine precario in singulis Hebdomadariae, ut advertit Rota in *d. dec. 516. sub n. 2. usque ad 6. p. 18. rec.* quam tituli Prioratus, quo insignitur Ecclesia, quique indicat in Priore dominium ejusdem, & consequenter habitalem Curæ potestatem, ut patet ad excludendum concursum observat Rot. in *dec. 204. n. 1. ad med. p. 2. rec.*

Tertio valde consonus actus possessorii utique de anno 1588. exerciti à Francisco Corti tunc temporis ejusdem Ecclesiae Priore. Iste enim possessio facta est de Ecclesia, ac de ipso Monasterio Priorali, sed etiam de Ecclesia, ac de omnibus rebus definitis ad Curam administrationem nimirum de Sacramto, Fontibus Baptismalibus, & Area Sacrorum Christianum cum receptione clavium Presbytero facta, ut immediata illarum consignatione cuidam Presbytero facta, ut nomine suo custodirentur. Hæc autem dominium Ecclesiae, ac Curam habitalem penes Priorem residere, non obscure indicant, Rota in *dec. 23. in fin. dec. 74. nu. 4. post med. & dec. 144. n. pariter 4. cor. Durano repetit. in p. 5. rec. dec. 165. & d. dec. 192. sub princ. & n. 1. cor. Cocino.*

Quarto. His accedunt alii actus concernentes actualiam administrationem *jurium Parochialium* exerciti de anno 1568. ab eodem Priore, qui non solum per Ministrum, seu Servitorem deputatum in d. Cura, sed etiam per se ipsum Baptismata celebravit, & utriusque paritatis in libris Baptismatorum proprio ipsius nomine, & uti Rector inscriptit ut in *Summ. num. 2. lit. B. C. D.* quos quidem actus ad hunc effectum valde proficuos censuit Rot. *dec. 140. n. 4. ad medium cor. Eminentiss. Cero & decis. 516. num. 6. vers. Et hinc. & n. 10. p. 18. rec.*

Quinto validis hinc argumentis adnectitur alia non minus efficax species probationis resultans ex visitatione de hac eadem Ecclesia facta anno 1578. ab Episcopo Gerunden. & ab utraque parte approbata; In ea enim Ordinarius, qui de Beneficiis suæ Diocesis præsumitur bene informatus enunciat Parochianos esse præfatæ Ecclesiae, & Ecclesiam ipsam esse Monasterii, & respectu Hebdomadariae utitur verbis importantibus exercitium, & administrationem Curæ actualis, præsupponit collationem d. Hebdomadariae ad Priorem spectare, confirmationem vero ejusdem collationis ad ipsum Episcopum, eamque faciendam de Clerico Sæculari habili, & idoneo: Ex quibus sicuti verificatur unita, quæ ad constituendas Cappellas Curatas Monachorum requiruntur per *Text. in cap. 1. de Cappell. Monach. & aliorum Religiosorum*, ita ex præsentatione Hebdomadario spectant. ad Priorem Ecclesiam arguitur de Mensa Prioratus, & Cura principalis penes Priorem residere, ad tradita per Vitalin. in *Clement. 1. num. 7. de offic. Vicar. & optime per Rotam in dec. 204. num. 1. in fine p. 2. rec. ubi alii concordant.* Deinde refert, atque componit contentiones inter Priorem, & Hebdomadarium super oneribus, & juribus d. Hebdomadariae, atque Hebdomadario adjudicat fructus omnino incertos nimirum elemosynas, oblationes, aliaque familia emolumenta de jure debita ratione accidentalibus laboribus, eique de contra injungit ultra

Curæ exercitium cuncta etiam onera servilia, prout sunt mundare vasa ad servandam Aquam Benedictam, eisque aquam deferre, symbola pulsare, Ecclesiae januas obferre, & aperire, eandemque Ecclesiam mundare, & custodire, necnon demque onus assistendi omnibus Officiis, Diurnis, & nocturnis cum Priore, & aliis Clericis Monasterii, Priorem autem tanquam magis digno adjudicat Decimas Prioratus, atque novalia una cum cæteris fructibus certis totius Parochie de jure debitis Rectori Ecclesiae Parochialis; Et viceversa eidem imponit omnia debita Ecclesiae, necnon onus solvendi salarium Hebdomadario pro exercitio Curæ solum dari; Ex quibus omnibus simul junctis nimirum Dominio Ecclesiae per actus supra relatos penes Priorem probato præsentatione Hebdomadario perceptione Decimarum, atque primitiarum solutione salarii, substantiatione onerum diversorum, aliisque contentis in d. Visitatione negari non potest, quin univoca, &

omnino conclusiva signa, & argumenta resultent, quod Ecclesia Parochialis sit dependens à Mensa Priorali, quodque penes Hebdomadarium actuali dumtaxat Curæ exercitium residet juxta firmata per *glos. in Clem. unica in ver. ad mensam de excess. Prælat. quæ communiter Canonice sequuntur, & præcisè Imol. n. 16. Vitalin. nu. 82. aliique plene relati per Rot. in d. dec. 204. num. 2. part. 2. rec. & in decis. 886. n. 14. cor. bon. mem. Card. Cero & dec. 526. nu. 7. cum duabus seqq. p. 18.*

Sexto. Demum hæc omnia de per se clara comprobantur ex subsequente uniformi observantia juxta quam omnes provisiones hujus Hebdomadariae factæ tam ante, quam post unionem Prioratus de Sex Fontibus Mensæ Abbatiali Campi Rotundi, sive per modum vacationis per obitum, sive per viam resignationis, aut permutationis, semper præfecerunt, vel præsentationem, vel consensum Priorum, seu Abbatum respectivè pro tempore sub illa reduplicativa qualitate: Ad quos collatio d. Hebdomadariae spectat, & subsequente Bulla unionis d. Prioratus ad Mensam Abbatalem Campi Rotundi motu proprio edita à san. me. Clemente VII. magis specificè enunciat, & præsupponit indubitanter d. Priorem uti imminere animarum Curam. E contra autem nulla in tam longo temporis spatio exhibetur enunciatio contraria, vel aliquis concursus ab Episcopo factus tanquam de simplici Parochiali, qui tamen si adesset in Archivio Episcopali reperitur, & exinde de facili esset à moderno Episcopo extractus, atque productus. Ex hismodi autem observantia, & enunciativis pertinentiæ collationis, & Curæ probatur annexio, & dependentia d. Beneficii à Prioratu sive Abbacia, ut de observantia testatur *Card. de Benef. p. 2. c. 2. de union. num. 242. vers. ultimus Rot. dec. 9. n. 9. & plurib. seqq. p. 10. & in d. Pampilon. Vicar. cor. Card. Cero dec. 886. n. 2. & seqq. confirmata 14. Martii 1689. §. Tertio ex observantia cor. R. D. meo Decano, & de antiquis enunciativis Rota dec. 599. nu. 5. 6. cor. Cavaler. decis. 196. n. 1. ibique adden. nu. 3. vers. 2. probatur cor. Gregor. & dec. 660. n. 2. ibique pariter Adden. num. 6. & dec. 240. n. 8. cor. eod. Cero.*

Nec ad destruendas tot, tantasque species probationum clarè demonstrantes annexitatem, & dependentiam dictæ Hebdomadariae à Prioratu quidquam jurant argumenta in contrarium adducta; Et quidem non obstant Visitaciones magis antiquæ ab Ordinariis Gerunden. peractæ de anno 1315. 1433. & 1578. continentes in Ecclesia Monasterii S. Joannis de Sex Fontibus extitisse tunc temporis ultra Priorem Regularem diversos Clericos Sæculares, diversa Beneficia obtinentes, & præcipue Hebdomadariam Curam Animarum exercentem: Et enim hoc non tantum non repugnat, sed potius convenit annexioni Curæ ad Monasterium, cum ex dispositione juris mandetur, ut in Ecclesia & Capellis Monachorum Curam non exerceatur per Monachos, sed per Clericum Sæcularem ab ipsis deputat. & ab Episcopo instituit, ut expressè sancitum in sæpè citato *c. 1. de Cappell. Monach.*

Prout nec independentiam ejusdem Hebdomadariae probat vel enunciativa contenta in visitatione ann. 1432. referens d. Beneficium vacare ob sui parvum valorem, vel altera emissa in subsequenti visitatione ann. 1578. confirmans ejusdem vacationem à 30. circiter annis sequutam, & superaddens illius fructus, ac Jura à Prioribus pro tempore occupata sive usurpata, & in proprios usus conversa siquidem ex tali vacatione de facto, & subsecuta usurpatione, seu appropriatione fructuum nullum validum elici valet argumentum, nec pro statu collatio Beneficii, nec etiam pro independentia ejusdem à Monasterio, cum hæc non eveniret servato Juris ordine, sed solum de facto ex culpa & cupiditate tunc Priori Monasterii, qui ut d. Beneficii fructus, & Jura retinere sibi posset, illud conferre noluit, quin potius tam ille quam deinde sui Success. d. Beneficium suspensum, seu indebitè occupatum habentis destituerunt, fructus, & Jura prædicta percipiendo, mutuaque ad que obstringeret dictum Beneficium obire, curamque Animarum exercere faciendum Beneficium obire, curamque Animarum exercere faciendum per Presbyteros ad eorum usum amovibile, &c. ut per hæc verba præfata refert visitatio Anni 1578. quinimodò ex narrativa ibidem contenta, quod Collatio Hebdomadariae ad Priorem Monasterii spectabat, & confirmatio Collationis ad Ordinarium, validum potius emergit argumentum suadens vetustissimam annexionem ejusdem Beneficii à Prioratu, cumque in actu visitationis Episcopus illic per viam reintegrationis ad statum antiquum reduxit,

xerit, & revocaverit expressè confirmans Jus conferendi ad favorem Prioris, tam modus, quam verba ejusdem actu mirificè favent intentioni Monachorum. Nec refert quod paulo post d. Episcopus in eadem visitatione mandaverit Collationem Hebdomadariae faciendam esse impofterum juxta formam à Sac. Concilio Tridentino præscriptam, quia cum in eodem actu, ut superius præmissum est, expressè cautum fuerit Collationem Hebdomadariae spectare ad Priorem Monasterii eamque faciendam à Priore personæ habili, & idoneæ, quæ in Ecclesia residere, & per se ipsam Curam Animarum exercere valeat, relatio habita ad Decretum Sac. Concilii respicere non potest *c. 18. sess. 24. de reform. loquens de collatione Parochialium Sæcularium, & liberarum per concursum faciendi, sed c. 11. sess. 25. ad reg. per quod disponitur ut in Ecclesiis Curatis Regularibus, quæ sunt absque Concursu ad nominationem Regularium nullus per Monasterium deputetur nisi de consensu Episcopi Diocesis, ac prævio examine per eum aut ejus Vicarium faciendi, ne alias daretur immediate correctio, & repugnantia in eadem dispositione pro qua evitanda congrua debet fumi illius interpretatio ad *Text. in l. non adeo ubi glos. 10. verb. præsens ff. de cond. & demonstr. Rot. cor. Ludovis. dec. 297. n. 3. & cor. Cello dec. 344. n. 4. & cor. Priolo dec. 325. n. 10.**

Minus relevat unio Ecclesiae Parochialis S. Andreae de 16 Socratis facta per Episcopum Gerunden. de ann. 1582. eidem Hebdomadariae, & in priori decisi. hujus Causæ adducta ad arguendam contrâ distinctionem d. Beneficii à Prioratu. Quoniam ex ea bene quidem inferitur, quod cura Animarum, & Parochialis inhærens Hebdomadariae fuerit adducta per dimembrationem d. Parochialis de Socratis ab alio Monasterio Regulari B. Mariæ Bifuldini cui erat annexa, & per subsequendam incorporationem factam ad aliud simile Beneficium Curatum Ecclesiae Regularis de Sex Fontibus, ita ut ex duabus Vicariis, dependentibus à duobus Monasteriis Regularibus constituta fuerit unica ab uno tantum Monasterio dependens, non autem quod Hebdomadaria ipsa effecta fuerit, vel ostendatur per dictam unionem suppressa, ac totaliter independens ab Ecclesia Priorali; Tum quia unio præfata facta fuit ad instantiam nedium Hebdomadariae, sed etiam Prioris de Sex Fontibus volentis hoc modo provideri tenui redditu d. Vicarii, seu Hebdomadariae per ampliationem Parochie, & augmentum Parochianorum quod potius arguit connexionem, & dependentiam ejusdem Beneficii; Tum quia unio mutat quidem naturam illius quod nimirum accessorie, & subjectivè, non autem alterius Beneficii cui sit unio, quod remanet in suo primo statu in quo aderat ante unionem; unde cum d. Hebdomadaria ante dictam unionem per legitima documenta ostensa fuerit omnino dependens, & annexa Prioratui de Sex Fontibus talis etiam remansit post unionem dictæ Parochialis de Socratis, Innoc. in *c. quia Monasterium ibique Hostien. num. 3. de relig. Domb. Turricell. de union. c. 4. n. 6. & Rota dec. 823. nu. 13. in fine cor. 17. Pen. & decis. 52. n. 3. cor. Seraph. & decis. 92. n. 8. & seqq. coram Durano.*

Prout non suffragantur Collationes, resignationes, seu permutationes ejusdem Hebdomadariae diversis temporibus quæ non ostendant Statutum collativum, & titulum perpetuum d. Beneficii repugnant superius firmate unioni. Siquidem quidquid sit de tali qualitate Hebdomadariae, quoad alios effectus certum est, quod ad effectum de quo agitur scilicet providendi Hebdomadariam per concursum nulli refert, nisi illa conferatur in titulum perpetuum, vel amovibilem, cum vicaria etiam perpetuo collata in titulum non excludat, uti vicaria per modum quisdam Juris, & in habitu sit apud Priorem seu Abbatem *Card. in Clem. 3. n. 10. de offic. vicar. & Rota dec. 102. n. 9. & seqq. par. 1. & dec. 154. n. 8. & dec. 710. n. 5. part. 2. rec. & dec. 115. n. 13. cor. Merlinio.*

Neque plus demum jurat, quod in altera ex prædictis Collationibus sequuta de anno 1626. Episcopus processerit per viam liberi concursus, qui expressè destruit connexionem, & dependentiam hucque firmatam, ut arguit decisio, quæ revocatur. Et enim de dicto concursu non constat, nisi ex quibusdam litteris certicatoriis Episcopi directis summo Pontifici continentibus Andream Raurellum fuisse in concursu prælectum, quæ de per se plene non probant, maxime cum nec minus deceatur ex tali titulo effectuta Raurelli Collatio, quinimodò potius præ-

fumi debet contrarium, dum idemmet Collatiarius deinceps in actu resignationis Hebdomadariae ab eodem Raurello factæ non solum adhibuit consensum Abbatis, sed expressè asseruit Collationem ejusdem Hebdomadariae ad d. Abbatem pertinere ut in *dicto Summ. num. 11.* & ulterius in tanto tempore effecti unicus, ideoque non attendendus, sed potius supponendus erroneus, & turbativus Rota in *decis. 16. §. Non observat part. 6. & 203. sub numer. 12. par. 9. tom. 1. rec.*

Constituto igitur ex his, quod Hebdomadaria existens in Ecclesia de Sex Fontibus ante unionem pertinebat ad liberam collationem, seu præsentationem Prioris illius Monasterii, & Ecclesiae, & ad institutionem Episcopi nec subiacet concursui tanquam Beneficium dependens à dicto Monasterio, de facili exinde consequitur, quod per subsequentem unionem hujusmodi Prioratus seu Monasterii à factam. Clemente VIII. subjectivè, & plenariè factam ad Abbatiam Campi Rotundi cum omnibus Juribus, & pertinentiis translata fuerit in Abbatem omnia illius Jura tam temporalia, quam spiritualia, sique etiam Jus conferendi dictam Hebdomadariam subordinationatam, & dependentem à dicto Prioratu, & quidem eodem modo, ac jure quo ante unionem providebatur à Priore de Sex Fontibus scilicet sine concursu. Quemadmodum in his terminis tradunt Innoc. in *c. cum ad sedem num. 2. & 3. de restit. spoliat. Argel. in cons. 247. per tot. Abb. in c. 2. sub n. 9. de Cappell. Monach. Butr. in c. quia Monasteria de Relig. Domb. aliique relati per Rotam dec. 603. n. 27. 28. par. 4. tom. 3. recit. & dec. 192. 5. n. 6. coram Cocino, & novissimè in *Firmana Jurisdictionis 4. Junii 1688. §. Responsum verò cor. bon. mem. Rondinino ubi plures concordantes.**

Nec qualitas dicti Beneficii dicitur immutata per eandem Bullam unionis, ex eo quod Clemens VIII. demandaverit erectionem Vicariae per Ecclesia seu Prioratu unio, illamque conferendam ad formam Sac. Concilii Tridentini scilicet concursu indicendo ab Episcopo Gerunden. Et enim idem Summus Pontifex nesciens per administrationem dictæ Curæ Animarum, quam certò præsupposuit d. Prioratu imminere, erectam fuisse Hebdomadariam contraverit, vicariam de novo erectionem præscripsit cum assignatione centum librarum ex fructibus dicti Prioratus. Unde cum postea dicta erectio Vicariae nunquam habuerit effectum propter præexistentiam Hebdomadariae, ut factus est ipsemet Antonius Camploras *Sum. n. 8. & modo questio non cadat super Vicaria erigenda, sed super Hebdomadaria, quæ existebat ante unionem in dicta Ecclesia S. Joannis de Sex Fontibus utique ex dicta conditione à Clemente VIII. ordinata in fundatione Vicariae nullum defuit potest argumentum pro Hebdomadaria idversis legibus ante fundata cum à diversis non fiat illatio *vulg. l. Papinianus ff. de minorit.**

Et ita non semel, sed bis Causa proposita resolutum fuit utraque &c.

R. P. D. MOLINES.

Novarien. Portionum Parochialium.

Merc. 4. Julii 1696.

ARGUMENTUM.

Residente penes aliquem Cura habituali Rector in Cura actuali fieri non debet ab Episcopo per Concursum, sed ad nominationem Habentis curam habitalem, prævio dumtaxat examine & approbatione faciendi per Episcopum de Persona nominata. De Jure communi in Ecclesia Cathedrali Cura habitualis residet penes Capitulum, & in una & eadem Ecclesia monstruosum est quod duo adessent Parochi in comprehensione *Disc. XI. & Disc. XXXIII. Card. de Luca de Parochiis.*

SUMMARIUM.

- Collatio fieri non debet per concursum, ubi providenda sit Cura actualis jam præexistente in alio cura habituali.
- Sed ad nominationem Curam habitalem habentis præ-

- vio duntaxat examine, & approbatione faciendae per Episcopum fieri debeat provisio.
- 3 Cura habituali de iure communi in Ecclesia Cathedrali refidet penes Archiepiscopum, & Capitulum.
- 4 Quod in Cappellanis deputatis simplex exercitium Curae actualis duntaxat fuerit translatum, & portiones remanserint de mensa Capituli colligitur si pro Cappellanis propria bona assignaverit.
- 5 Erectio Cappellanorum ad exercitium Curae destinatorum praesumitur per Episcopum approbata, si ipse tacuit, cum de iure praesumatur.
- 6 Observantia potest ostendere in Capitulo an sit Cura habitualis, & in deputatis Cura actualis.
- 7 Parochialitatis ius in eo residere dicitur, cuius petitur licentia, & Crux pro funeribus associandis.
- 8 Ex perceptione, & distributione emolumentorum Parochialium agitur Jus Curae habitualis, & plenariae.
- 9 Monstruosum est, quod una Ecclesia duos Curatos, seu Parochos habeat.
- 10 Hinc si duo ad sunt, Cura habitualis penes alium residere dicitur.
- 11 Sententia lata cum legitimo Contradictore facit Jus quoad omnes.
- 12 Sententia antiqua probat sine actis.
- 13 Sententia executioni demandata praesumitur iusta.
- 14 Ubi constat residere in aliquo Curam habitualement, concursus, & provisiones non praesumuntur, cum censentur adhiberi ad maiorem cautelam, vel inditi per errorem.
- 15 Minusque praesumitur ultimus status, nisi ille sit legitime praescriptus spatio quadraginta annorum.
- 16 Antiquus status non mutatur ex provisionibus Papae nisi illius notitiam habuerit, & mutare voluerit.
- 17 Non repugnat, quod Curatus deputatus a Cura habituali habeat valeat novam provisionem in Dataria obtineri.
- 18 Litterae Apostolicae quando sunt iustificatae sunt omnino exequendae.

DECISIO XXVIII.

Cum vacaverint de Mense Ochobris 1693, duae portiones curatae in Ecclesia Cathedrali Novariensi. Altera nimirum per obitum Jo. Baptistae Clarini; Cathedrales distributive ad d. portiones nominavit Gasparem Betium, & Bernardum Borriam; E contra vero pretendens Episcopus easdem portiones tanquam Beneficia Curata providendas esse per concursum, mandavit propterea affigi Edicta, qua de Causa ortis diffidit inter Vicar. Generalem, & d. Archiepiscopum appellentem ad Curiam Metropolitanam Mediolanensem. in qua pendente adhuc Judiciali contentione, idem Episcopus a Dataria obtinuit iterum iudici concursum, prout de factis affixa fuerunt nova Edicta; Proptereaque cum denuo quoque ex parte Archiepiscopum, & eius Nominatorum fuerit appellatum ad S. Sedem, Eminentiis. Prodaturus, auditis hinc inde Partibus, mandavit ut d. nominari exhiberent supplicationes in forma novae provisionis, quibus exhibitis litteras Apostolicas expediri obtinuerunt.

Cumque Franciscus Xaverius Barba, & Josephus Maria Tontio ab eadem Dataria impetraverint easdem Portiones tanquam Beneficia Curata independentia, & vacata in mense Apostolico, litterasque expedierint; in conspectu d. Provisionum Apostolicarum commissa illarum executione Sac. Rotae Iudicio Dubium propositum An, & quae litterae sint exequendae cui Domini responderunt exequendas esse illas Gasparis, & Bernardi nominatorum ab Archiepiscopum.

Praesuppositis namque vacatione, valore, & idoneitate, de quibus non aderat inter Partes controversia super iustificatione. Totum causae momentum restringebatur An dd. Portiones essent Beneficia Curata, libera, & independentia ab Archiepiscopum Curam habitualement nempè, & actualiam habentia, itaut conferri deberent per concursum iuxta praescriptum Sac. Conc. Tridentini sess. 24. de reform. cap. 18. vel potius ad nominationem Archiepiscopum uti simplices Vicariae in illius adiumentum erectae cum sola Cura actuali, iuxta dispositionem Bullae B. Pii V. in 47. in ordine tom. 2. Proindeque ferio liberatis Juribus utriusque

adductis pro iustificatione in hac parte unice disceptata, visa sunt praeponderare illa, quae per dict. Gasparem, & Bernardum adducta fuerunt.

Et sane quia cum fuerit verificatum in controversas Portiones non fuisse translatum nisi purum exercitium Curae actualis exclusivum causae commissa tituli plenariae Parochialitatis, remanere Cura habitualis penes Archiepiscopum, & Capitulum d. Ecclesiae Cathedralis est certum, quod collatio non debet fieri per Concursum, ut de mente Sac. Cong. Concilii firmarunt Paris. de resignat. lib. 8. q. 9. n. 93. 94. Gonzal. ad reg. 8. glof. 6. n. 138. late Garz. de benef. p. 94. cap. 2. n. 178. ad n. 182. Masfior. in pract. habent. concur. praedict. 3. dub. 2. n. 24. in punct. Rot. cor. Cocc. dec. 2316. n. 8. & melius in rec. dec. 519. nu. 1. p. 18. Sed ad nominationem Archiepiscopum praevo duntaxat examine, & approbatione faciendae per Episcopum de persona nominata iuxta d. Constitutionem san. mem. Pii V. ut in terminis pluribus concessis respondit Rot. dec. 115. n. 2. cor. Merlin. & dec. 150. n. 1. & dec. 214. cor. Buratt.

Quod autem Cura habitualis refidet Penes Archiepiscopum, & Capitulum nedum visum fuit resultare ex ipsa dispositione. Juris communis per text. in c. Archiepiscopum, & c. Ministerium, & c. Officium, ibique gloss. de offic. Archiepiscop. Pignatell. consulti. 150. n. 2. 3. tom. 9. Rot. cor. Seraph. dec. 839. n. 4. & cor. Cerro dec. 450. n. 2. dec. 1334. n. 2. 3. & 7. cor. Coccin. & novissime dictum fuit in Romana Firmerialium 4. Martii 1695. 6. Minus ex generalitate coram me confirmatum 28. Januarii proximo praeteriti; Verum etiam ex instrumento erectionis unius ex dd. Cappellanis, seu Portionibus factae de Anno 1285. nulla intercedente Episcopi auctoritate, prout opus fuisset si ageretur de Parochialitatis libera, & independente, in qua erectione expressè reservatum legitur jus nominandi Archiepiscopum cum hac specialia circumstantia, quod capitulum assignavit propria bona, redditus scilicet Ecclesiae S. Martini ad ipsum pertinentes, ut communitur inter ambas Portiones dividerentur, ex qua assignatione nequit dubitari, quin Portiones praefatae remanserint de mensa Capituli, & quod duntaxat translatum fuerit in Cappellanos simplex exercitium Curae actualis Rot. cor. Carvill. dec. 75. num. 6. & in rec. dec. 192. n. 7. 18. rec.

Non resistente, quod talis erectio facta fuerit Sede Episcopali vacante, & per consequens tempore quo nullus aderat Contradictor, & sine scientia Episcopi, quia animadvertentur Domini, quod ex post verisimiliter supervenerit scientia Episcoporum Successorum; Tum quia agitur de Cappellanis destinatis ad exercitium Curae in ipsa Ecclesia Cathedrali, & sic sub oculis Episcopi, qui praesumuntur informati de statu propriae Ecclesiae, & de illius Beneficiis, Rot. dec. 484. n. 15. cor. Buratt. & dec. 1026. sub n. 3. coram Seraph. & dec. 192. n. 5. par. 18. rec. Tum fortius quia postquam per Sanctionem Sac. Conc. Trid. inuncta fuit Episcopi obligatio visitationis Ecclesiarum existentium in propria Diecesi, non est verisimile, quod non ierint recogniti tituli Portionum, seu Capellaniarum de quibus agitur, cum potius vigeat validior praesumptio, quod Episcopi pro tempore diligenter scrutati fuerint qualitates illarum tanquam habentium exercitium actualis curae animarum ex doctrinis mox allegatis, quibus addi potest in puncto Cardinal. de Luca de benef. dist. 90. n. 11. cum concordantibus.

Cum dispositione Juris communis, & Instrumento erectionis ulterius concordat plurimum saeculorum longissima observantia ex qua duo praecipue eliciuntur, primum quod in pluribus vacationibus in factis recentissimis collationibus talium portionum semper apparent factae ad nominationem Archiepiscopum pro tempore, & institutionem Capituli, quae observantia multum operatur in hac materia ad tradita per Rot. coram Merlin. dec. 95. numer. 4. & cor. Coccin. dec. 236. n. 9.

Secundum quod Portionarii, seu Capellani nunquam accesserunt, nec possunt ad funera accedere sine participatione Sacrificii Majoris Capituli a quo debent petere Crucem pro funeribus associandis, quae sunt signa, quod Curam habitualis fit penes Capitulum, solumque nudum exercitium apud Capellanos ex deductis in puncto per Rot. dec. 516. n. 10. p. 18. rec. cum concordant. Et quod plus est emolumenta percepta a funeralibus dividuntur cum aliis Cappellanis, & Ministris deputatis a Capitulo, ut bene ad rem advertit Pignatell. consulti. Canon. 150. n. 3. tom. 4. Tondut. ref. Benef. p. 1. c. 63. n. 8.

exequendas per vulgat. text. in cap. si Capitulo de concess. praebend. cum aliis adductis per Rot. dec. 184. n. 1. p. 16. rec. Et ita utraque Parte &c.

R. P. D. MOLINES.

Novariensi. Portionum.

Mer. 26. Junii 1697.

Non indiget argumento cum sit decisio praecedentis confirmatoria.

S U M M A R I U M.

- 1 Ultimus status attenditur ad inducendam qualitatem Beneficii liberae collationis Episcopi.
- 2 Et ad constituendam Datariam in quasi possessione conferendi in mensibus reservatis.
- 3 Unio excluditur ex statu collatorum Beneficii.
- 4 Ubi cura habitualis Ecclesiae penes aliquem residet Cura actualis debet provideri ab Episcopo ad illius nominationem praevio examine non autem concursu.
- 5 Etsi contingeret vacationi in mensibus reservatis debet accipi nova provisio a Dataria pariter ad nominationem Curam habitualement habentis.
- 6 Clausula cessantibus aliis reservationibus in litteris apostolicae tanquam solita apponi per Datariam non praesumitur.
- 7 Ultimus status non attenditur quando constat de qualitate vera Beneficii.
- 8 Declaratur decisio in Novariensi. Canoniceatus 1. Decemb. 1690. cor. R. P. D. Manuel. Episc. Zamorensis.
- 9 Jus patronatus Ecclesiarum capituli sub reservationibus Apostolicis.
- 10 Assignatio Bonor. Capituli destinatorum pro actuali cura reputari debet de mensa Capituli.
- 11 Et per consequens tanquam de mensa Capituli Cappellaniae pro d. cura actuali nequaquam subjacent reservationibus Apostolicis.
- 12 Provisiones Apostolicae non immutant statum Beneficii.
- 13 Bulla B. Pii V. demandans electionem Curati actuali ad nominationem Curati habitualis loquens de Vicariis non restringitur ad illas duntaxat unitas sed generaliter disponit de quibuscumque Vicariis.

DECISIO XXIX.

Decisionem editam coram me sub die 4. Julii anni praeteriti in qua resolutum fuit exequendas esse litteras Apostolicas Gasparis Betii, & Bernardi Borrii circa provisionem Duarum Cappellaniarum, seu portionum ad nominationem Archiepiscopum Ecclesiae Cathedralis Novariensi. duplici sub fundamento impugnat. fatigabam defensores Xaverii Barbae, & Iosephi Tontio Gallitigantium qui pariter sub diverso obtento asecuri fuerunt provisiones Apostolicas.

Primo quod dd. Cappellaniae, seu Portiones licet habeant annexum onus exercendi Curam animarum; Nichilominus sint Beneficia de se se stantia, & totaliter independentia ab Archiepiscopum; Et sic praefata quaecumque illius nominatione cadant sub reservationibus Apostolicis vigore regulae hodie 9. Cancellariae per quam reservantur omnia Beneficia cum Cura, vacantia in octo mensibus Anni, Idque pretendebant probare tam ex confessione dd. Gasparis, & Bernardi propter illam clausulam Cessantibus tamen aliis reservationibus appositam in litteris ab ipis expressis, quam ex nonnullis antecedentibus provisionibus Apostolicis facto praevio Concursu, & nulla intercedente nominatione Archiepiscopum, quae dicebantur aptae nedum in ordine ad qualificandas controversas Cappellanas, seu Portiones in ultimo statu liberae Collationis ad tradita per Garz. de Benef. p. 1. c. 8. n. 123. Corrad. in pract. Benef. l. 1. c. 2. n. 58. Rot. Cor. dec. 12. de prob. & dec. 412. n. 13. p. 18. rec. sed etiam in ordine ad quasi possessionem Datariae in mensibus reservatis per text. in c. consultationibus de iur. patr. Rot. dec. 39. n. 4. & 5. cor. Nino, & in Abruttina Praepostura Ven. 4. Julii 1692. Gualt. cor. Me. & in Abruttina Praepostura 28. Januarii 1695. §. Status coram Reverendiss. mo Decano.

Secundo quod ex dd. provisionibus Apostolicis aliisque factis

Praeterea ab exclusionem tituli plenariae Parochialitatis independentis ab Archiepiscopum, & Capitulo ponderatum fuit, quod exercitium curae actualis non uni, sed duobus Cappellanis commissum appareat, quo casu sicuti una Mulier non potest duos, vel plures habere Sponsos cap. 1. de spons. duor. neque unum corpus duo capita, quia redolere monstruositatem, ita monstruosum pariter esset, quod Ecclesia duos Curatos, seu Parochos haberet per text. in cap. cum non ignores de Praeb. can. in Apibus 7. q. 1. can. sicut unaqueque 2. q. 2. explicant Trullench. to. 3. str. de iur. Paroch. cap. 14. n. 1. & 2. Gonzal. ad reg. 8. glof. 6. n. 42. ad n. 47. Valens in paratitibus ad Decretale ad tit. de Parochiis §. 1. ex quibus uno ore communitur concludunt Doctores, quod hujusmodi Cappellaniae, seu portiones in quibus cum duplicitate exercitii reperitur cum actualis, nunquam possunt dici Beneficia proprie Parochialia, sed potius Coadiutoriae pro adiuvamine curae actualis denotantes curam habitualement, & plenariam residere penes alium principalem Curatum, seu Parochum, cuius Coadiutores dicuntur Beneficiarii exercentes dictam Curam actualement, Cardin. in Clem. unic. n. 14. de privi. Gonzal. ad reg. 8. glof. 6. n. 68. cum aliis concessis per Gratian. discept. forens. cap. 865. n. 26. & in puncto Rot. dec. 516. n. 2. usque ad 6. par. 18. rec.

Praedictaque omnia improbant binae Sententiae emanatae favore Archiepiscopum, & Capituli, Altera de anno 1598. cor. Vicario Generali Novariensi, Altera de anno 1629. cor. Metropolitanam Mediolanensem, in quibus occasione similis controversiae habitae cum Episcopi providendi has Portiones per Concursum, optime firmatur Jus nominandi pertinere ad Archiepiscopum cum solo examine, & approbatione Episcopi, quae Sententiae cum fuerint late cum legitimo contradicte faciant Jus quoad omnes ex vulgat. text. leg. in ingenuum ff. de stat. hom. Rota octava Zarar. dec. 15. n. 43. alibi que passim, tanquam antiquae probant etiam sine actis, Rot. cor. Cerr. dec. 836. n. 7. praesertim stante illarum executione in vacationibus postea subleccatis scientibus, & patientibus Episcopis, Rot. coram Mantico. dec. 304. sub n. 1. & dec. 376. cor. Buratt. & dec. 104. n. 4. p. 19. dec. Nec obstant duo concursus in contrarium allegati; Alter de Anno 1574. ab Episcopo post publicationem Sac. Concilii, & alter in ultimo statu ex provisione facta per Sanctam Sedem Apostolicam, quia quoad primum cum ex praemissis constat de iure nominandi favore Archiepiscopum, vel censeatur adhibitus ad maiorem cautelam, vel inditus per errorem, sicque non est aptus ad alterandum qualitatem in controversis portionibus, minulque ad inducendum illum praedictum d. Archiepiscopum, quin possit nominare in succelsivis vacationibus, Rot. cor. Merlin. dec. 106. n. 8. & cor. Coccin. d. dec. 1316. n. 12. & 13. Rot. dec. 305. n. 30. p. 11. & dec. 516. n. 13. p. 18. rec.

Eademque responsione tollitur de medio praetensus ultimus status elicitus ex dicta collatione Apostolica facta in mense reservato praevio concursu, quia cum ex praemissis appareat clare, & incontinenti de contrario anteriori statu, & de bono iure nominandi favore Archiepiscopum, & quidem per duplicem rem Iudicatum ex veriori Sententia, his concurrentibus non attenditur ultimus status Beneficii nisi ille sit legitime praescriptus spatio 40. annorum ad terminos textus in cum de Beneficio de praeb. in 6. ut explicat Rot. in dec. 163. n. 3. dec. 188. n. 1. dec. 229. n. 3. p. 1. rec. Adde ad Ludovic. dec. 77. n. 12. vers. praedictis.

Neque collatio, seu provisio Papae mutat antiquum statum Beneficii, nisi illius notitiam habuerit, & mutare voluerit, Rot. dec. 482. n. 1. p. 2. rec. dec. 336. n. 14. cor. Bich. Tandem non refragatur, quod vacatio non controversiarum Portionum evenierit in mense reservato dictae Sedi Apostolicae, quia cessat super hoc omnis questio cum omnes contententes sint provisio Apostolice, nec repugnat quod quatenus dd. Portiones sint Sedi Apostolicae reservatae nominati ab Archiepiscopum valerint expedire in Dataria novam provisionem per ea, quae in terminis Bullae Praefatae dictum fuit per Rot. in Tirasione. Vicariae 13. Ochobris, & 4. Decembris 1595. coram Litta, quae habentur impressae apud Garz. de Benef. p. 9. c. 2. n. 309.

Et per consequens cum ex dictis appareat non constare de iustificatione providendi controversas Portiones per concursum, sed de iustificatione illas providendi ad nominationem Archiepiscopum cum solo examine, & approbatione Episcopi merito conclusum fuit litteras praefatorum Gasparis Betii, & Bernardi Borrii nec iustificatas esse